DIE REGESTEN DER BENEDICTINER-ABTEI DISENTIS IM CANTON GRAUBÜNDEN


Digitized by Google



Cornell University Library
RHÆTO-ROMANIC COLLECTION
THE GIFT OF
Willard Fiske
1891
A. 36789
8/12/91


Cornell University Library
BX2659.K92 P98
+
Regesten der Benedictiner-Abtei Disentis
3 1924 029 406 745
olin Overs

BX
2659
K92P98+

Digitized by Google

Die Regesten

der

ARCHIVE

in der

schweizerischen Eidgenossenschaft.

Auf Anordnung

der schweizerischen geschichtforschenden Gesellschaft

herausgegeben

von

Theodor v. Mohr.

Zweiten Bandes viertes Heft.

Die Regesten der Stifte Kreuzlingen und Disentis.

Chur.

Druck und Verlag von Leonh. Hitz.

1854.

Die Regesten

des

STIFTES KREUZLINGEN

im

Canton Thurgau.

Bearbeitet

von

J. A. Pupikofer.




Chur.

Druck und Verlag von Leonh. Hitz.

1853.

Digitized by Google

A. 36789



Digitized by Google

Vorwort.

Das Archiv des Stiftes Kreuzlingen ist bis dahin den Geschichtsforschern so schwer zugänglich gewesen, dass nur wenige Urkunden desselben veröffentlicht oder für historische Arbeiten benutzt werden konnten. Gleichwohl gehört es zu den reichhaltigsten des Bodenseegeländes und gewährt es eine Menge sehr wichtiger Beiträge zur Geschichte nicht nur der östlichen Schweiz und besonders des Thurgaus, sondern auch Schwabens. Der Bearbeiter der Archiv-Regesten Kreuzlingens glaubte sich daher nicht nur befugt, sondern auch verpflichtet, statt magerer Inhaltsanzeigen, möglichst vollständige Auszüge zu geben. Da indessen mit dem Anfange des XIII. Jahrhunderts auch die Kreuzlingenschen Acten an historischem Interesse verlieren, dürfte es auch gerechtfertigt erscheinen, wenn von da ab auch die Regesten sich kürzer halten. — In den Urkundenauszügen vom XII. und XIII. Jahrh. wurden die ipsissima verba der Documente möglichst treu, selbs mit Beibehaltung abweichender Schreibart wieder gegeben. In der Fortsetzung wurde nur bei wichtigern Urkunden der Inhalt in der Sprache und Idiom des Originals angegeben. Von den meisten Urkunden hat sich der Bearbeiter Abschriften angefertigt, um, sofern es gewünscht wird, sie ihrem ganzen Inhalte nach zu veröffentlichen. — Die Urkunden der erst im XVII Jahrh. mit Kreuzlingen vereinigten Propstei Riedern wurden hier bei Seite gelassen.

Bischoffzell, Februar 1853.

J. A. Pupikofer.

Digitized by Google

9. 1154. 17. Mai. *Fridericus* Romanorum rex Augustus. — Omnium noverit industria, qualiter nos petitione Manegoldi ven. abbatis et interventu avunculi nostri ducis Welphonis ea quae parens et praedecessor noster Henricus, abbatiae Crucelin contulit et ab episcopo Const. Udalrico necnon ab aliis quibuscunque collata confirmavit, nos quoque confirmamus — adhibitis testibus quorum nomina haec sunt: Hermannus Const., Conradus Wormat., Wido Ypoliensis episcopus, Wernerus Abbas de S. Gallo, Welpho dux Spaleti, Fridericus palatinus de Tuingen, frater eius comes Hugo, Rudolphus, Wernerus, Hartmannus, Everhardus, Marquardus comites. Signum Friderici regis. Hencolfus cancell. vice Arnoldi Mogunt. archiepisc. et archicancellarii recognovit. Dat. Bauenhoven, XVI. Cal. Jun. anno dom. incarn. 1154. ind. II. regni Friderici anno III.

10. 1154. *Fridericus* Rom. imperator Augustus — praesentem paginam auctoritate sigilli nostri roboramus, ne quis in posterum ausu temerario foedera pacis ecclesiae s. Udalrici Crucelin commutet in odium falsitatis; quia cives Constantienses domos vineas sancti collegii conabantur infringere, contendentes esse publica strata sui fori, prata vero tanquam communia pascua calcare nitebantur, Herrmannus episcopus praesumtuosam litem praesente celsitudine Romani imperii prudenter terminavit, adhibito demum rationabili decreto, quatenus canonici regulares vivificas hostias missarum per continuas exsolvant hebdomadas; interiectu ergo temporis cum minarentur ruinam moenia civitatis, collegium cretam gravi labore conquisitam subministrabat in munitionem orbis, hac scil. ratione, ut de cetero in quieta maneret possessione. Acta sunt haec a. 1154. ind. XV. a. IV. Friderici Rom. imperatoris. Datum Constantiae Hermanno episc. moderante; adhibitis testibus quorum nomina haec sunt: Conradus Wormat., Wido Ypoliensis episc., Wernherus abbas de s. Gallo, Welpho dux Spoleti, Fridericus palatinus de Tuingen, frater eius comes Hugo, Rudolphus, Wernherus, Hartmannus, Eberhardus, Marquardus comites. Sig. Friderici R. imperatoris.

11. 1157. 27. Febr. *Adrianus* IV. papa Manegoldo abbati s. Udalrici confirmat bullas Eugenii; item adiacentia confirmat, in quibus cives civitatis sibi aliquid ius vendicaverant sicut ab ipso episcopo definitum esse cognoscitur. Datum Lateran. III. Kal. Mart. ind. VI.

12. 1159. 6. Jul. *Hermannus* ecclesia Const. humilis minister omnibus notum esse desidero, quod Marcwardus civis Const. pergens Hierosolymam, facta conventione cum germano suo Heinrico tunc temporis abbate ecclesiae s. Uodalrici, decimas villae Berhtershosen quas antea a manu nostra susceperat, presentibus et consentientibus filiis suis Hugone, Rovdegero, Azzone nobis resignavit ea sc. conditione, ut easdem decimas praedictae ecclesie traderemus. Sed quia mortuo patre eius filii post annos XII. pactum patris rescindere conati sunt, inde fratres praedictae ecclesiae quieti providentes praedictos filios Marcwardi IV. talentis Const. monetae pacaverunt, nos denuo eisdem easdem decimas possidendas tradidimus. Anno dom. incar. 1159. indict. VII. mense Julio in octava apostolorum Petri et Pauli intra septa eiusdem ecclesiae, presentibus Bertholdo praeposito, Folcnando decano, magistro Uodalrico, Oudalrico de Guttingen, Heinrico cellario, Heinrico notario, Friderico de Nid. Bertholdo de Bass. laicis etiam Adelberto de Buss. Bertholdo et fratre eius Ruvdolpho de castro Sconenberg, Hugone fratre supradictorum, Hugone cognato eorundem, Regenhardo, Hildeboldo, Oudalrico, Ottone, Marcwardo, Oudalrico et aliis multis. Sigillum episcopi.

13. 1162. 24. Nov. *Fridericus* imperator confirmirt dem Bischof Hermann von Constanz das Gottshuss Crützlingen, darüber er Schalter war. Testes: Cunr. Wormat. Wido Ypoliens epi., Wernherus abbas s. Galli, Welpho dux Spoleti, Fridericus comes palatinus de Tübing., Hugo comes frater eius, Rudolphus, Hartmannus, Eberhardus, Marquardus, comites. Data VIII. Cal. Dec. 1162. ind. VIII. regni . . . imper. VIII. Constantiae.
Tschudi Chron. I. p. 83. Im Stiftsarchiv nicht mehr vorfindlich.

14. 1162—1182. *Welfo* dux Spoleti, Marchio Tusciae, princeps Sardiniae, dominus domus domine Mathildis notum fieri decrevit, quod ministerialis suus Cuono Pillo scilicet praedium quoddam incultum in villa Hirslatt ecclesiae s. Udalrici in generali colloquio Altenbraggi habito libere contradidit. Testes: comes Hartmannus de Kilchberg, comes Heinricus de Monte sancto, dominus Bruno de Mahrdorf, Hugo palatinus de Tuwingen, Eberhardus de Tanne, Dicto de Ravinsburch, Bertholdus de Fort, Chunno de Sumirowe, Albertus frater eius, Wechilo de Eigistegin, Fridericus de Walpurgh, Ortolfus de Smalnegge, Hermannus de Radirai, Albertus de Limpach, Heinricus frater eius.
Vgl. Stälin Wirtembergische Geschichte II. p. 278 und 408.

15. 1163. *H.* Constantiensis ecclesiae humilis minister principi Welfoni exponit, qualiter, cum ad ecclesiam Chelum consecrandi causa venisset, et altercatio inter Rodolfum (abbatis Manegoldi fratrem) qui iure hereditario eandem monasterio s. Udalrici cum certo patrimonio suo contradidit, et Rodegerum militem de Hegebach, qui per violentiam eandem ecclesiam pro posse suo sibi attraxerat, orta fuisset, Rudolfus iudiciali ordine et Conrado advocato de Sancto Monte causam manutenente, litem obtinuerit. „Vos autem, principum fidelissime sub cuius alis iidem fratres requiem et pacem summo desiderio expetunt, omnia negotia sua sic manuteneatis ut nos et nostra ad omnia vestra paratos habere possitis, nam qui tangit eos, tangit pupillam oculi mei“.
Vergl. des Datums halber Neugart. Cod. II. No. 873.

16. 1179. 25. Dec. *Fridericus* quartus (sic), dux Suevorum rogatu fratrum de domo s. Udalrici in Cruccelingeo, advocatiam in Hirschlat et Horguncella et Kelun, Mose, Graseburon, Bermatingen et in aliis locis citra lacum Lemanum (sic) quae defen-

Digitized by Google

sioni proavunculi nostri illustris ducis Welfonis commendata fuit, praetaxato monasterio pertinentibus, consilio praefati Welfonis, eandem advocatiam hac conditione nobis commendantis, ut post eius obitum vel spontaneam resignationem ab omni invasione familiam s. Udalrici defenderemus, eadem etiam conditione defendenda suscepimus bona praefati coenobii dilecto nostro Rudulfo de Pfullendorf commendata, praeterea ministerialibus nostris qui ex donatione praefati ducis Welfonis ad nos pertinent, dandi et conferendi tam sua quam se ipsos ad praedictum s. Udalrici monasterium liberam concedimus potestatem. Testes huius rei sunt: Gotefridus cancellarius imperatoris et scriba huius privilegii, Bruno episc. Curiensis, Lanfridus abbas Campidonensis, Hartmannus de Kilchberg comes, Gotefrid de Voredorf, Ernest de Stylhagen, Rudolfus de Guttingen, Henricus de Marehdorf, Welpho dux, Otto comes de Chilichberg, comes Henricus de Rumesberg, comes Rudolfus de Pfullendorf, comes Bertholdus de Berge et frater suus Burchardus, Cunrad de Schuzenried dicto de . . amnrburg, Fridericus de Walpurg, Eberhard de Waldse, Eberhard de Tanne et frater suus Bertolfus, Bertolfus de Wahlse, Bertoldus de Warte, Rudolfus de Bruson, Burcardus de Bodeman et frater eius Udalricus, Bertoldus de Rithusen. Acta sunt haec Altorf a. 1179. indict. XII. VIII. Cal. Jan. anno imperi Friderici imp. rom. XXVI.

17. · 1185. Curtis in Mülhusen prope Rothenburg monasterio direpta ab *Adelberto de Oendingen* et M. uxore sua, urgente conscientia, Marquardo abbati post longam disceptationem ita restituitur, ut Adelbertus eandem in suae vitae spatium possideat. Testes: Albertus cum suis filiis Bertholdo et Alberto et patruo eorumdem Dieterico, et Cunrado, cum fratre suo Rudollo, de Wurmlingen.

18. 1192. *Hainricus* V. Rom. imperator — noverint universi, qualiter serenitas nostra rogatu abbatis s. Udalrici in Cruzelingen receperit et possederit advocatiam in Rankwile, Wormelingen, Hebingen, Pfafenhofen, Mosa, Grasebörren, Bermutingen, Hyrschlath, Horguncella, Kelun, Hegebach, Lothinwilare, Eilingen, Pafendorf, Erchenbolteswilare, Wehselswilare, Walthusen et aliis quibusdam locis citra lacum Lemanum (sic) dicto monasterio pertinentibus, quae fuerunt commendata defensioni virorum illustrium bonae recordationis sc. proavunculi nostri ducis Welphonis et fratris nostri Friderici ducis Suevorum qui in procinctu christianae expeditionis simul cum patre nostro diem clausit feliciter extremum; — rogatu abbatis Marquardi — interventu quoque Diethelmi Const. episcopi — cum essemus apud Mammingen — eandem advocatiam suscepimus. Data Ulmae a. 1192. ind. X. a. imperii nostro primo.

19. 1196. 5. Nov *Marquardus* Crucelinensis abbas notum facit, qualiter Cunradus Const. ecclesiae decanus, 24 libras Const. monetae fratribus Crucelinensis coenobii pro remedio animae suae donavit, scil. ex praedio in villa Emishoviana 15 solidos, ex praedio in villa Hanggenwyler 25 sol. itemque 2 libras sol. ex terra quae Creuzlinensi ecclesiae perpetuo pertinet. Acta sunt haec a. d. i. 1196. decemnovennatis cycli XVIII. anno bissextili, Ind. XIV. Olympiade IV. VII. concurrente Epactis XVIII. presidente sedi apost. papa Coelestino III. anno apostolatus eius VI. imperante gloriosissimo romanorum imperatore Heinrico, anno regni eius XXVII. imperii vero VI. Diethalmo sedem Constant. gubernante, et V. Id. Novembris in choro Crucelinensi. Testes: Canonici de choro Const. Uolricus custos, Cuonradus de Tettingen, Uolricus de Castello, canonici de Crucelino, Waltherus prior, Hermannus cellarius. Otto presbyter, Heinricus de Zolren, Rudolfus hospitalarius, Bertoldus de Tumphil, Albertus de Wurmlingen, ministeriales ecclesiae Const. Heinricus de Annewilare, Albertus Loot, Baldebrehtus de Annewilare, Hugo de Castello, Cuonr. de Hugoltshouen, Volricus de sancto Gallo, Ortolfus de Altenburron.

20. 1198. *Rudolphus comes de Habespurch* „pro mea et communi salute generis mei, hortatu et voluntate patris mei comitis Alberti, omne praedium ministerialis mei Wernheri de Eilingen" ecclesiae s. Udalrici donavi; nam et praefatus Wernherus hoc ipsum praedium per manum patris mei ad eandem ecclesiam totaliter condonavit. (ohne Datum, mit Reitersiegel).

21. 1198. Notum sit quod ego *Rudolphus comes de Habespurch* ex praecepto Domini et patris mei comitis Alberti, liberam potestatem tradidi cuidam ministeriali nostro Wernhero dandi quoddam praedium Hirschlatta cum molendino quodam in Hüttenhusen ad Monasterium Crucelin. (ohne Datum).

22. 1198. Domino suo *D.* Const. episcopo *R.* comes *de Habespurch* devotum obsequium, scire vos rogo, quod quidquid ecclesiae Crucelin de praediis ministerialium meorum Wernheri et Cunonis contuli, ratum habeo. Henricum de Loubene et omnes qui forte eadem praedia sibi vendicare praesumpserint ab hoc iniquo facto removemus. — Ohne Datum, mit Reitersiegel.

23. 1198. Ego *Rudolfus* et filius meus *Albertus* comites *de Habespurc* praedia ministerialium nostrorum Wernheri et Chuononis fratris eius in villis Eilingen, Hirslate, Hittenbusen, rogatu praedictorum ministerialium nostrorum abbati Marchwardo ac toti collegio in Kruecelin contulimus. Actum est anno ab i. d. 1198. ubi praesentes aderant: Rudolfus comes de Tierstein, Eberhardus de Wazzerstelze, Vlricus de Bernowe, Chuono et frater eius de Wolon, Chuonradus et Henricus frater eius de Buoh, Heinricus de Rinvelden, Heinricus de Eschenza, Heinricus de Ponte et alii. Reitersigel mit der Umschrift: SIGILLUM . . . HA . . SBVRG.

Digitized by Google

21. 1199. 22. April. *Philippus* Rom. Rex universa bona Crucelinensi ecclesiae pertinentia „sub nostra protectione manutenenda“ suscipit caeterum quoque innotescendum duximus quod super bonis praefatae ecclesiae feudum illud, quod vulgariter *anercl* dicitur, quod tam de hereditario iure quam etiam de abbatis petitione seu commissione in nostram iurisdictionem translatum est, in nostra potestate et defensione, quoad vixerimus, semper retinere volumus, nulli unquam hominum in eodem feudo advocatiam seu dominium aliquod concessuri. Datum apud Brisach VII. Cal. Maii indict II.

25. 1213. *C. Constant.* episcopus. Notum sit omnibus, quod dum lis interesset inter ecclesiam Wurmelingen et Hermannum plebanum in Sulichin, super decimis novalium in Pfaffinberg, tandem mediantibus bonis viris Theodoricus abbas crucelinensis plebanus in Wurmelingen et iam dictus plebanus in Sulichin inter se super eadem decima amicali compositione convenerunt, videlicet ut, exceptis quibusdam terrulis in Pfaffinberch iure proprietario spectantibus cum suis decimis integraliter ad ecclesiam Wurmelingen, tertiam partem omnium decimarum in Pfaffinberg ecclesiae Sulkin, ecclesiae vero Wurmelingen duas partes sibi vendicarent; insuper ipsa ecclesia Wurmelingen numquam gravaretur super totali decima in Legimansberg, quam plusquam XL. annis inconcusse possedit. Facta est haec compositonis confirmatio anno ab inc. dom. 1213. indict. I. conc. I. Test.: Hugo praep. s. Stephani, Wernh. de Stovphin, Vlric. de Castello, Wernher. de Arbona, Hainr. filius ministri, Albertus de Gutingen, Hainricus de Raprehswilare, Hainricus filius domini Lutfridi, Hainr. de lata platea, Hilteboldus de Schinen, omnes canonici majoris ecclesiae.

26. 1213. *Conradus eps. Const.* compositionem litis inter vicarium parochialem Wurmlingensem et plebanum in Sulken ratione decimarum novalium versantis comprobat, videlicet, ut exceptis quibusdam terrulis in Pfaffinberch iure proprietario ad ecclesiam Wurmlingen spectantibus, ecclesia Sulikin tertiam partem omnium decimarum in Pfaffinberg, ecclesia vero Wurmlingen duas partes sibi vendicaret; decima vero in Legimansperch, quam ecclesia Wurmlingen plusquam annis XL. inconcusse possedit, eidem permaneat. Testes: Hugo praepositus s. Stephani etc.

27. 1213. *Conradus ep. Constant.* negat Bertholdo comiti de Sancto monte, advocato monasterii Crucelin. traditionem quorundam manciplorum domino Rudolpho de Arbona factam. Testes: Hugo praepositus s. Stephani, Ulricus de Castello maioris ecclesiae canonicus, Wernerus plebanus de Stechiboron, Bertholdus capellanus Crucilingensis, laici quoque Cunradus marschalcus episcopi, Hainricus, miles de Engilhartswilare, Cunradus miles de Herminsdorf, Cunradus miles de Fricchingen. Actum 1213. ind. I. concurr. I. anno pontif. Innocentii XVI.

28. 1224. *Conradus eps. Const.* sicut praedecessores sui monasterio de Cruceline „quod specialiter ac fundationis ratione nostrae attinet ecclesiae“, ecclesias eiusdem monasterii cum suis proventibus ad usus fratrum ibidem Deo famulantium cedere indulsit earasque animarum in iisdem ecclesiis abbatibus loci illius hactenus concessas protinus concedendas statuit, insuper fratribus eisdem, ut ecclesias suas sive per confratres suos sive per sacerdotes seculares, sicut et hactenus factum est, prout eis magis expedire videbitur, pro sua voluntate procureat officiare indulsit.

29. 1224. *Conradus eps. Const.* accipit ab abbate et conv. Cruceling. advocatiam in Langen Rickenbach super praedium quoddam de quo II. pulli dandi sunt annuatim.

30. 1225. *Albertus* dominus de Rotenbere, quondam comitis Burchardi de Zolre filius et procurator filiorum eiusdem litem de manso quodam in Neckergöw versantem, quem Hermannus et Albrade uxor eius ad solius ipsius viri spatium ab ecclesia Crucelinensi tenuerant, eorumdem autem filia Adilhadis et nepos Fridericus sibi vendicarunt, ita composuit, ut Theodoricus abbas ecclesiae Crucelinensis eisdem XXX. solidos den. solveret et mansum illum quiete possideret. Testes; Fridericus et Burchardus qui dicuntur Zutilmani, Heinricus dapifer de Honbere, Wernherus de Arcingin, Hugo de Haigirlo, Heinricus Birchisen. Albertus de Phalpfingen, Dietericus de Wurmilingen, Albertus de Hagiabach, Rudolfus sacerdos viceplebanus in Wurmilingin. Albertus sigillum non habens sigillo fratris sui comitis, quod ipsius filiis reliquit, usus est. Act. a. 1225. ind. XIII. concurren. II. Friderico imperatore Rom. imperante anno imper. eius V.

Reitersiegel mit der Umschrift BVRCHARDVS: COMES: DE HOHENBERC.

31. 1225. Confirmata et roborata est sigillo compositio de Manso in *Nekergöic* facta, a Conrado episcopo. Actum publice in Claustro Cruceclino, indict. XIII. Concurr. II. epact. IX.

32. 1226. *Henricus* VII. Rom. rex et semper Augustus coram illustri duce Bavariae tunc temporis „nostro nutricio“ confortat compositionem factam inter abbatem Crucelinensem et comitem Albertum de Rovtimberch; praefatus comes Albertus fidem dedit, quod abbatem in bonis suis sitis in Nechirgöw non praesumat gravare deinceps iuxta curriculum vitae suae, quod si quos homines censuales ecclesiae Wurmlingen attinentes concessos quibuscunque per impfeodationem alienavit, a tali impfeodatione absolvat; si quos etiam genitor Alberti suo tempore a praedict. ecclesia alienavit, saepefatus Albertus ad recuperationem praed. hominum censualium tenetur efficaciter laborare. Si vero omnes Albertus fidei datae immemor extiterit, pro tali delicto admonendus est a ven. Constant. episcopo

Digitized by Google

vel abbate et post talem admonitionem infra sex hebdomadas conferre se debet in civitatem Überlingen nomine obsidis. promisit quoque comes Albertus, se daturum X. marcas argenti in proximo festo b. Martini pro dampnis illatis praefato abbati, pro quibus extiterunt fideiussores Rudolfus homo nobilis de Hewe, Johannes de Dirbehein et Burchardus de Hohinburc. Huius rei testes sunt: H. regalis aulae protonotarius, Bertholdus plebanus de Arnisperg, Ulricus presb. de Walse, Burgravius de Norimberc, H. comes de Dilingen, E. dapifer de Walpurch, C. et H. de Winterstetin, Dieto de Rauinsparch, H. de Schalchisperch, W. Nagillinus. Datum apud Ulmam a. 1226. XVI. Cal. Sept. ind. XIV.

Das erste Sigel ist dasjenige des Königs Heinrich; das zweite ein Reitersiegel mit der Umschrift . . ODEWIG . . . GRA . . DVX BAWRI . .

33. | 1227. 27. Jänner. | *Theodoricus* abbas testatur litteris, qualiter Ulricus prope Portam duo curtilia, quae vulgo vocantur Hofstetten in pontanio sita, penuria inductus, cum consensu uxoris suae Williburgis, monasterio s. Udalrici, in Cruzelino contradidit, tali pactionis forma intercepta, ut rogatu Henrici Figuli ecclesiae Const. canonici, Hugo scolarius unum et Gertrudis de domo eius et pueri ipsius alterum curtile pro censu annuo duobus sc. fertonibus cerae in festo s. Udalrici annuatim solvendis de manu abbatis Crucelinensis monasterii possideant. Acta sunt haec in choro Crucelinensi II. Kal. Febr. anno decemnov. cycli XII. epacta I. Conc. 4. litt. Dom. C. Testes: Rivinus prior, Volwinus plebanus, Rudolphus cellerarius de Oberrieden, Siuridus camerarius, Hugo quondam cellerarius, Ulricus de Betmarlagen, Ph. . . Cunradus de Sigehardishusin, Ulricus de Mollisheim, Henricus de Weugin, confratres nostri, laici vero: Hugo de Bunde, Cunrad Figulus, Henric. de lata platea, Hermannus Tuckiwaso et Cunradus frater suus e Ulricus filius Cunradi.

34. | 1232. 26. Oct. | *C. ep. Const.* confitetur, se vidisse litteras regis Henrici VII. quarum tenor hic sit: Henricus VII. rom. rex ad imitationem domini imperatoris patris nostri abbati et conventui de Cruzelino in Constantia, qui partem dederunt pecuniae, ut a Ginstingo de Raderay redimerentur in nostram denuo potestatem, fide data promisimus, ut nunquam bona eorum, videlicet villas Hirslatt et Horgenzell et alia bona praedictae ecclesiae in ipso confinio attinentia possimus vel debeamus titulo venditionis, infeudationis, obligationis seu collationis ab ipso claustro alienare vel alicuius ingenii scrupulo dictam advocatiam absque consensu abbatis et conventus a nostro dominio vel demannio sequestrare. Testes hi sunt: C. s. Galli ven. abbas; H. Marchio de Baden, H. Marchio de Burgowe, C. Burgravius de Nurenberg, comes, C. de Aichilberg, Albertus de Rossewac, Heinrius marschalcus de Bappenhein, C. dapifer de Walpurc, C. pincera de Winterstettin, H. et F. camerarii de Ravenspurc, Dietherus de Egra, Ul. de Lere, Hostiarii et alii quam plures. Actum apud Cruzelingen a. 1232. VII. Kal. Nov. ind. VI.

35. | 1236. | *Henricus* eps. Const. ministeriali suo *Hermanno de Arbona* et uxori eius Machtildi de Challendin consensum et licentiam impertit, curtem in Berg (prope Hirschlatt) conferendi ecclesiae Augiensi prope Ravenspurg, ita ut illa in perpetuum proventibus eiusdem curtis frueretur, pro censu vero annuo episcopo solveret Corporale. Hermannus autem usque ad mortem uxoris suae, dum possidet, monasterio dabit X. solidos; post mortem uxoris statim cedet in usus et potestatem ecclesiae Augiensis et ipsa ecclesia tenetur dare in ipso anno de eadem curte LX marcas argenti pro remedio animae eiusdem Machtildis, et canonicis Const. maioris X. marcas, ad Salem X. marcas ad Cnishaim 25 marcas, ad Campidonam X. marcas, ad Ursin V. marcas, si tantum valebit in aestimatione vel venditione; aliam curtem quae dicitur Rüti cum omnibus suis attinentiis dedi ecclesiae Constantiensi. Acta sunt haec presentibus multis testibus, ind. IX.

36. | 1236. | *Henricus* eps. testatur, quod *Berhtoldus* miles ecclesiae Const. ministerialis dictus de *Annewilare* cum uxore sua Judinta et filia sua Heilwiga praedium suum in Buoche monasterio in Crucelin in remedium animae suae et parentum suorum contradidit. Act. 1236. presentibus Bilgrino praepos. Const., Wernhero decano, Ulrico praeposito de Cella episcopi, domino Bertoldo de Rotenhain, Johanne de Castello pincerna, Alberto milite de Castello.

37. | 1238. | *Sifridus* abbas de Crucelino emit ad consensum Cunradi abbatis Augiae divitis a Bertholdo dicto Mercho eiusdem Cunradi ministeriali, pratum quoddam apud Alospach, de quo annuatim ad festum B. V. M. assumptae monasterio Augiensi pendere debet 1/2 lib. cerae, item de praedio apud Alospach quondam magistri Regenoldi libram cerae, de praediis Weriandi militis et Diethalmi ab Herthin libram cerae, de novo Buchelinshusin 1/2 lib. cerae, fratribus quoque in Augia dum moriuntur eadem animarum impendent suffragia, quae suis defunctis impendere consueverint. Actum in Augia.

38. | circa 1238. | *Johannes* miles de *Cragin* fatetur „cum domina Ita patris mei relicta, cuius advocatus ego sum, predia sua in Tegerwiller et in Haiminhovin sita, per manum domini mei Cunradi Augiensis abbatis, ecclesiae de Crucelino pro remedio animae suae tradidisset“, hoc de conscientia sua factum esse, insuper si forte Sifridus abbas Crucel. qui praedia ista recepit, in hoc negotio uspiam autoritate sua indiguerit, vices suas, ubi ipse forsitan praesens esse non potuerit, Cunrado de Badiwege et Hugoni eius filio commisit., Ulricus abb. de domo Petri sigillum appendet Testes: Diethalmus pleb. de Sentinharth, Frid. pleb. de Hetlewanch, Hainr. scolar. de Wittungazzun, Frid. de Rasthe, Wernh. Murgarius, Algozo.

39.	1238. 7. März.	*Gregorius* IX. papa ecclesiam Crucelingen cum omnibus personis et bonis eius in suam protectionem suscipit specialiter autem Wurmelingen et Ranewalt (Rancwil) ecclesias cum villis. Datum Laterani nonis Martii, pontificatus anno XI.
40.	1240.	*Heinricus ep. Const.* significat, „quod abbas et conventus Cruceliocnsis quorum ecclesia gravem passa est ab advocatis pressuram et adhuc patitur, quoddam praedium apud Wormingen Rudigeri quondam dicti de Witungazun nobis tuendum et defendendum commisit. Actum Pontificatus nostri anno sexto.
41.	1241.	*Heinricus ep. Const.* monasterio Crucel. concedit iura parochialia exercendi privilegium, sicut praedecessor eius Conradus fecerat.
42.	1241.	*Heinricus ep. Const.* advocatiam super praedia in Mettwilen, Oberhofen, scoposam in Muren, duo curtilia in Moos et unum curtile in Langenrickenbach, de quibus 20 pullos habeat, ad instantiam abbatis in se suscipit.
43.	1241. Mart. 2.	*Sivridus* abbas emit curtem in *Berg* prope Hirschlatt a Hermanno de Augia s. Petri, spondente omnem securitatem et warentationem. Actum Constantiae, IV. nonas Mart. ind. XIV.
44.	1241. Mart. 4.	*Henricus ep. Const.* notum facit, quod „curtis in Berg quam vir illustris Hermannus de Arbona", ecclesiae Const. ministerialis, pro remedio animae coniugis suae dominae Mechtildis simul et pro anima sua ac parentum suorum, ecclesiae Augiensi apud Ravenspurch per manum nostram tradi procuravisset, ex manu Hermanni praepositi eiusdem monasterii de bona voluntate praedicti Hermanni de Arbona a Sivrido abbate de Crucelingin pro centum marcis argenti emta fuerit, Sivridus autem advocatiam super eandem curtem in Berg episcopo Henrico manutenendam ita commiserit, ut singulis annis duo anseres episcopo darentur. Acta sunt haec Constantiae 1241. IV. non. Martii, ind. XIV. praesente dom. Peregrino maioris ecclesiae, dom. Eberhardo s. Stephani prepositis, Burchardo mai. ecclesiae decano, magistro Ortolfo, Hainrico de Raprehtswilor, Otenone, Waltero Dihtlario, Hilteboldo mai. eccl. canonicis, Hainrico sculteto Constant. Ottone, Iohilario.
45.	1242. 21. Jänner.	*Bertholdus* nobilis miles de *Mainowe* uxori suae sepeliendae in Crucelingin fundat perpetuum anniversarium tribus marcis puri argenti, ita ut, cum eas in instanti persolvere non posset, sex quartalia tritici de curte in Anewiler annuatim solverentur. Datum sub confirmatione Henrici episcopi Constantiae, 9. Cal. Febr. ind. XV.
46.	1243. Mart. 8.	Sivridus abbas emit ab *Udalrico Monetario* cive Constantiensi aliquas decimas prope Constantiam per X. marc. argenti cum consensu Henrici epsc. et Peregrini prepositi. Act. 1243. 8. Id. Martii fideiussores Conradus Porcellus et Hugo Snewize.
47.	1243. Mart. 8.	*Hainricus de Vridingen* tradit Conrado Abbati Augiensi advocatias, quas cum filiis suis Hainrico et Conrado titulo proprietatis habuit in Richinshusin novo et veteri in bonis attinentibus ecclesiae de Crucelino et in scoposa una in Beringen eidem ecclesiae attinente, receptis X. marcis a ven. abb. Sivrido in manus, et ipse Conradus abbas consequenter ad preces ipsius Heinrici praedictas advocatias memorato abbati Sivrido et suae ecclesiae sub censu inter eos taxato concedit; warandi: Hainricus et Conradus de Vridingen, filii Hainrici, Arnoldus de Langinstain et Chuno de Velpach. Act. Const. 8. Id. Martii, praes. Rivino sacerdote et canonico in Crucelino, Hainrico scolare de Wittungazun, Hugone de s. Paulo, Rudigero de Witungazun, Rudolfo Johilario, Cuonrado Eglino, magistro Eberhardo carpentario.
48.	1243. Mart. 8.	*Hainricus ep. Const.* notum facit, quod Hainricus de Vridingen et duo filii eius Hainricus et Cuonradus, advocatias quas in Ruhinhusen et Beringen in bonis ecclesiae Crucelino attinentibus habebant per manum domini ipsorum Cuonradi abbatis Augiensis, abbati Sivrido Crucelin. tradiderint et quod Arnoldus de Langinstein et Chuno de Velpach in eodem contractu promiserint, quod ipsi si forte super iam dictis advocatiis querela orietur, ecclesiam de Crucelino indempnem faciant. Act. Constantiae, 1243. VIII. id. Martii, presentibus Peregrino preposito, Burchardo decano, Uolrico thesaurario, Rodolfo de Hasinwile, Alberto de Bolle, Hainrico Const. ministro, Ulrico monetario, Ottone Johilario, Hainrico scolare de Wittungazzun.
49.	1243. Mart. 8.	*Cuonradus abbas augiensis* profitetur, quod per suas manus Hainricus de Vridingen advocatiam in Richinhusen et Beringen Sivrido abbati Crucelinensi tradiderit. Act. apud Augiam, 1243. VIII. id. Marcii, presentibus fratribus Friderico preposito, Friderico de Thengen, Burchardo de Wildinstein, Burch. plebano de Wachingen, Frid. plebano de Hediwanch, Diothalmo plebano de Steinharth, Cuonrado canonico s. Adelberti, Hugone milite de Bodwege, Hainrico de Gartho.
50.	1243.	Cum propter advocatorum laicorum malitiam ecclesiarum bona diripiantur, *Sivridus abbas* Heinrico ep. Const. ius advocatiae committit super praedium in Stetten quondam Burchardi de Richinhusin et aliud praedium Richinhus et praediolum in Rebenowe, de quibus singulis dantur annuatim duo pulli. (Sine dato).

Digitized by Google

51. 1244. 27. Febr. *Hartmannus* comes senior *de Chiburch* notum facit, quod dum viri nobiles Lutoldus senior de Reginsperch et Lutoldus miles filios eius, receptis a rev. Sivrido abbate de Crucelino centum marcis argenti, predia et possessiones in Tutwille, Buoch, Crilleberch, Mureharth et in Tingenbarth, consentiente nobili domina Bertha uxore senioris nobilis antedicti, emtionis titulo tradidissent, filii autem Lutoldi senioris et fratres iunioris tres videlicet Lutoldus Eberhardus, Ulricus, quorum consensus requiri forsitan debuerat in predictis, tunc praesto non fuissent nec in provincia existerent, nobiles praenotati promiserint, quod statim, cum filiorum aliquem repatriare contigerit, ipsi et domina praedicta procurare debeant, ut infra spatium duorum mensium hanc venditionem ratam habeant, alioquin L. et L. nobiles memorati obsidum nomine apud Winterthure se recipiant; si vero nobiles saepe fati praedicta servare non curabunt, hi obsides subscripti, videlicet Arnoldus senior et Ruodolfus, filius fratris sui iunioris, de Warthe, Ruodolfus de Kaiserstuol, Ruodolfus de Matzingen nobiles, Arnoldus de Legirn, Uolricus de Manda, Cuonradus de Stainmur, Ruodolfus de Thale milites, magister Berchtoldus, ab eisdem nobilibus dati Ecclesiae Crucelinensi, uno solo excepto, videlicet Uolrico de Wecinchoven, qui super hoc publice fidem dedit, promiserunt, quod ipsi in Winterthure obsidum nomine similiter se recipiant. Ad petitionem partium praescriptarum Hartmannus comes hanc cedulam conscribi et sigilli sui munimine roborari fecit. Act. Wintertbure in strata publica, a. 1244. indict. II. XV. Cal. Marcii, praesentibus Hainr. Const. eccl. mai. canonico, dicto filius (sic) Lutfridi, plebano de Wizenanch dicto Bruno, clericis; Eberhardo de Hailigowe, Wezilone de Hegi, Burchardo dicto Bochsiler, Cuonrado de Altrinchoven, Cuonrado de Niuveren, Burchardo de Eschilinchon, Boorchardo de Iluninchon, militibus; Cuonrado dicto givaeterli, Bertoldo dicto pecchili, Wernhero filio Wezilonis, Roodolfo dicto Schurne, Hainrico dicto Uolmer, Hainrico de Velthaim, Hainrico dicto Grempinch, Burgensibus; Hainrico converso, Hainrico scolare de Wittungazun, Friderico et Algozo de Raste, Bertoldo Jochilino, Wernhero Morgario, Coonrado Bechilario, Cuonrado Eglino, Uolrico nigro, Ruodolfo dicto Röre, Hainrico, Bertoldo de Orringen.

Siegel: der kiburgische Schild mit der Umschrift S. comitis Hartm . . de Chiburch.

52. 1244. 13. Sept. Discordiae inter abbtem *Sivridum* de Crucelingen et Conradum nobilem de Smalegg a Martino fratrum praedicatorum priore et eiusdem loci Coorado subpriore componuntur ita, ut dictus nobilis monasterio pro damnis illatis in bonis circa Crucelingen 17 marcas argenti pendere teneatur ad festum Epiphaniae. Act. in curia Hainrici, maioris ecclesiae canonici. 1244. id. Sept.

53. 1247. 20. April. *Innocentius* IV. papa ecclesiam Crucelin in tutelam recipit, specialiter possessiones eius in Crucelino, Rauewile, Wurmeliogen, Onewanch, Hirslate, Riekinbach etc.; concedit, de novalibus nullas dare decimas, recipere clericos et laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conversionem; nullum posse post professionem recedere nisi ad arctiorem ordinem, in generali interdicto licere clausis ianuis sacra obire; prohibet, ne quis intra fines parochiae sine consensu episcopi ordinarii et conventus capellam sive oratorium de novo construat, liberam admittit sepulturam etc. Lugduni VI. Kal. Maii ind. VI.

54. 1248. Mart. 15. *Innocentius* IV. papa privilegium iam datum confirmavit, solummodo addidit iam praefatis ecclesiis illas in Husen, Wrinelig, Kehlin, Horwuecll. Lugduni id. Mart. ind. VII.

55. 1253. 28. Jänner. *Innocentius* IV. papa ad querelam et instantiam prioris et conventus monasterii Crucilini, He . . tituli S. Sabinae presbytero cardinali, sedis apostolicae legato, mandat, ut episc. Const. qui sub specie reformationis a. s. d. Innocentio administrationem monasterii obtinuit, ex tunc vero bona collegii dilapidaverat, pauperes hospitantes eiecerat, locum in refugium infirmorum et debilium personarum deputatum in equorum stabulum converterat, etc. ab hac perversa cura et deperdita administratione abigat. Perusii V. Cal. Febr. pontific. anno X.

56. 1253. 3. Aug. *Eberhardus* eps. Const. supplicationibus religiosorum virorum conventus de Crucelino inclinatus, eos restituit pristinae libertati et quod ipsi in dicto monasterio ad personas vel ad possessiones autoritate apostolica competebat vel competere videbatur, renuntiavit. Act. III. Non. Augusti. 1253.

57. 1254. 10. Mai. *Innocentius* IV. papa, cum graves querelae ab episcopo et clero Const. ad eundem delatae essent, quod nimirum religiosi avaritiae studio homines devotos ad confessiones alliciant, infirmos visitent et persuadeant, ut multa bona monasteriis testamento facto condonent sibique in monasterio sepulturam eligant, mandat, ut parochiani in suis parochiis provideantur et sepeliantur, nisi quidam ex devotione alibi sepeliri velint, portione canonica ecclesiae propriae reservata et cum licentia parochi. Asisii VI. id. Maii, pontif. XI.

58. 1255. 27. Jan. *Eberhardus* eps. Const. litem inter mon. Crucelinum et cives Constantienses de pascua in prato sub vinea salicibus consito dirimit. VI. Cal. Febr. indict. XIII.

59. 1255. 25. Febr. *Wernherus* miles *de Raderay* dictus Cniftiner ecclesiae de Crucelingen, ab ipso in aliqua parte laesae et turbatae, de consilio fratris Berngeri, custodis fratrum minorum in Const. et fratris Bertoldi boni praedicatoris, pro refusione damnorum ipsi ecclesiae illatorum triginta marcas argenti contulit, promittens praestito sacramenti iuramento, se praeter stipendia advocatiae sc. quinque marcarum et nonaginta pullorum, quae singulis annis sibi solvantur, a

Digitized by Google

dicto monasterio nihil requisiturum nec aliqua rapina seu iniuriis aliquibus praelibatam ecclesiam gravaturum vel, si quid praesumpserit animosiere, ad beneplacitum H. villici de Horgencelle et H. molendinatoris de Hittenh. et H. de Hittenh. infra spatium unius anni illatam iniuriam compensaturum esse. Act. in domo fratrum minorum Const. 1255. ind. XIII. V. Cal. Marcii, praesentibus fratre Beringero, fratre Bertoldo bono praedicatore, fratre C. quondam abbate de Cruziliegen, C. cellario, C. camerario de Crusilingen, Ottone Ruodolfo et Ruodolfo dictis Jochiler, domino C. de Manlish. Br. et Hr. fratribus dictis Scharnlier.

60. | 1256. 15. April. | *Marquardus* miles dictus de *Schellenberg*, ut de iniuriis monasterio de Cruzilingen in possessionibus apud Ranquile illatis, debitam exhibeat satisfactionem, eidem de praedio suo Zerhube quoddam pratum quod dicitur indenmedern et X. iugera agrorum cum quodam prato eis contiguo, quae in certis redditibus annuatim unam marcam puri argenti et 4 solidos continere debent, liberaliter cum omni iure proprietatis et advocatiae perpetuo confert possidenda, cum consensu uxoris suae Itae et filiae Annae, ea conditione ut ipse dictis agris et pratis pro tempore vitae suae eo iure quod vulgariter Lipgedinge dicitur, perfruatur excepta solutione X. solidorum, qui saepedicto monasterio pro censu aneuali de prato indenmedere cedere videntur; praesens pagina sigillo abbatis de Domo Petri necnon nepotum Marquardi scil. R. dicti Beheim et Ul. dicti Tumben militum de Niwenburg et Marquardi ipsius roborata monasterio C. confertur. Act. 1256. ind. XIV. proxima feria post dominicam passionem, presentibus Eberhardo archidiacono Curiensis ecclesiae, Decano in Sigauis, (sic) Arcorea et H. vicariis de Rangwile, R. Behaie, Ul. Tumbe de Nivenburg, C. cellerario et magistro H. notario de Cruzilingen, R. Vogilli, C. Boechiler, C. de Egoltshoven.

Angehängt sind das Sigel des Abts von Petershausen, Marquards und Rudolfs von Neuenburg mit der Burg im Schilde, und ein drittes Sigel mit 2 Querbalken im Schilde und der Umschrift, VLRICI SCVL. DE. . . .

61. | 1258. 1. Mai. | *C.* episcopus *Const.* scire facit quod Volricus de Clingenberg quasdam advocatias sitas in Huonrehusen et in Ebnode in bonis monasterio de Cruzilingen pertinentibus, necnon scopozam sitam apud curiam dicti monasterii in Huonrehusen et quoddam praediolum situm ex transverso ibidem, quae iure feodali ab eccles. Const. possederat, Riwino abbati Crucelin. vendiderit receptis XVII. marcis et dimidia argenti. Act. in castro Gotlieben anno 1258. Kal. Maii, ind. I.

62. | 1258. | Magister *Hermannus de Scaphusa* Can. ecclesiae s. Stephani Constantiensis, Riwino abbati monasterii Crucelin. XXXVI. marcas argenti tradit, ut leprosis in Hürli habitantibus die quaque dominica ex quartali tritici panes distribui ordinaret ex redditibus curtis cuiusdam sitae in Herderin necnon ex advocatia in Hunrehusin et in Obenöde item ex scopoza his adiacente. Testes: Henricus abbas Petri domus, Beroldus decanus, Cuonradus prepositus ecclesie maioris Const., Waltherus prep. s. Stephani, Lutoldus prep. Imbriae, Rudolfus de Hasenwilen, Lütoldus de Glatteburg, Egelolfus de Valkenstein, sacerdotes; Bertoldus de Bussenang, Rud. de Heidelberg, Rupertus de Tannenfels, diaconi; Walt. de Raminstein, Baldebert. de Annewilare, Heinr. de Stenze, Mag. Albertus de Phine, subdiaconi, Rudolfus de Bodemen, Burcardus advocatus et filius eius de Oedelenhusen, Ulricus de Oberrieden, Ulricus Baldes, Ulricus Pie, milites; Ulricus im Hove, Conr. Retromacellas, alii. (Ohne Jahrzahl).

63. | 1259. 11. Mai. | *Rudolfus* nobilis *de Bodemen* cum consensu matris suae et liberorum ac episcopi Const., abbati Cruceling. possessiones suas quas alias praedicta mater pro vitalitio habebat in Wiler Turgoie sitas tradit. Act. Arbon. 5. Id. Maij. 1259.

64. | 1259. 1. Jan. | *Eberhardus* epsc. Const. protestatur, quod ministerialis ecclesiae Const. Ruodolfus miles de Bodemen cum Vodilhildi uxore sua, Volr. et Martino filiis suis, duas curtes necnon duas scopozas suas sitas in Wiler, cum Riwino abbate monasterii de Cruzilingen, in cambium traxerit, ipsas per manus episcopi ad manus monasterii transferendo, curtem vero Phaffenhofen cum XIX. marcis argenti accipiendo. Act. Constantiae 1259. Cal. Jun. Indict. II. praesentibus L. praepos. Episcopalis cellae, Burc. de Tetingen, Vol. de Salunstein, Alberto de Casteln, militibus, Volrico monetario, magistro Volrico et Hainrico dictis under Schopphe, Waltero dicto Johiler, civibus Const., magistro Cuonone officiali, C. cellerario dicti monasterii, Eglino, C. dicto Boechiler.

65. | 1259. Aug. 22. | *Hartmannus* nobilis vir dei gratia senior comes *de Kiburc*, advocatias sitas in Sulgen super possessionibus monasterii de Crucelingen, vocabulo usuali *aucel* nominatas, quas commisionis genere cum suis progenitoribus ab antiquo tenuit gubernandas, in manus Riwini abbatis monasterii antedicti pro XXVI. marcis argenti contulit, et ut venditionis huius contractus firmius permaneat, litteras sigillo Eberhardi episcopi et Marquardi praepositi in Itygen necnon suo communire curavit. Act. in castro Morsperg a. 1259. II. id. Sept. indict. II. praesentibus Markwardo prepos. monasterii in Itygen, mag. Hn. de Clingenberg, can. Constant. mag. Hn. dicto de Zurzach, mag. Hn. notario de Crucelingen, Conr. cellerario, H. milite dicto de Buron, C. dicto Bechiler.

66. | 1259. 22. Nov. | *Eberhardus* episc. Const. ad instantias et querelas abbatis et conventus Crucelini qui ab advocatis laicis graves iniurias passi sunt, advocatiam quarundam possessionum in Sulgen, Wilen, Baldoldshusen et Baechi suscipit statuens, ne liceat ulli laicorum advocatias illarum possessionum committi aut infeodari aut ullum exigi servitium tributarium nisi quatuor modii avenae pro singulis annis. Act. X. Cal. Dec. ind. III.

Digitized by Google

67.	1260. 2. Jul.	*Rivinus* abbas de Crucelingen ex concessione Eberhardi ep. advocatiam quam Ulricus de Casteln super praedium in Wormingen habuit, de qua annuatim habebat duos modios avenae, pro II. libr. denar. Const. monetae, in perpetuum possidendam redimit. Act. *Gotliuben* VI. non. Jul. ind. III.
68.	1261.	*Conradus de Rickenbach* cum uxore sua coram officiali Const., Riwino abbati ob certum quoddam vitalitium praedium suum in Schönenbaumgarten, quod alias pro annuo censu eidem monasterio Crucelin. pendere debebat II. quartalia tritici, sponte et libere tradit. Act. 7. Cal. Martii.
69.	1262. 17. Jun.	Magister *Eberhardus* dictus *Tumbe*, canonicus ecclesiae curiensis, archidiaconus vallis Trusianae, notum facit, abbatem Riwinum cum conventu coram preposito de Ittingen iudice, sedis apostolicae delegato, contra Marquardum militem de Schellenberg conquestum esse, qualiter hic ipsus in possessionibus suis in Ranquile, Braderis et in Chumberg, quorum advocatias asseruisset ad se pertinere, ad taxationem XXXVI. marcarum argenti spoliaverit; hancque litem ita esse compositam, ut abbas et conventus de possessionibus istis in Ranquil et Braderis V. modios faris mensurae de Veltkilche praelibato militi pro stipendio advocatiae, et de possessionibus de Chumberg III. solidos denariorum singulis annis, ad spatium quinque annorum, persolvent, miles autem saepefatus de possessionibus sibi pertinentibus monasterio C. tantum teneatur erogare, ut ab eisdem singulis annis libram denariorum recipiant; ipsas etiam possessiones miles pro tempore vitae suae retineat et ab eisdem singulis annis tres solidos denariorum pro censu monasterio persolvat; praestito etiam iuramento Rudolfum dictum Behain, R. filium eius milites, Swiggerum dictum Tumbo et Marquardum de Monteforti, filium quondam Philippi militis, promisisse, quod si saepedictus miles de Schellenberg contra ordinationem factam venerit, tanquam veri obsides se apud Rinegge recipiant. Dat. Nuwinburg a. 1262. XVIII. Cal. Julii, ind. IV. loco Rudolfi senioris et Rudolfi iunioris Decanus curiensis sigillum suum appendit.
70.	1262. 7. Sept.	*Marquardus miles de Schellenberg*, ob plurima monasterio Cruceelingen illata damna et ad summam XXX. marcarum taxata, abbati Riwino et conventui harum loco tradit tria iugera in Rietbünde, duo iugera iuxta agrum qui dicitur Crezinaker et praedium Hindirvelde iuxta Rhenum sub tali conditione, ut pro tempore vitae suae tres solidos denar. Constant. monetae pro censu solvant. Act. 1262. VII. id. Sept.
71.	1262.	Inter abbatem Crucelingensem et Henricum advocatum de Vridingen super curte in Richlinsbusin coram abbate Augiensi Heinrico compositio facta est. Act. apud Arbonam. (ohne Jahrzahl).
72.	1263. 23. April.	*Hartmannus* senior comes *de Kiburc* cum advocatias monasterio Crucelingen in Trullicon et in Owingen (leg. Orriugen), quae ex donationis libertate vocabulo usuali *aneel* nominantur, iure commissionis manutenuerat defendendas, et confessus ultra debita stipendia saepius recepisse ab eisdem, et salutem animae suae prospiciens, de stipendiis in praedictis advocatiis ei usque tunc solutis, 2 libr. denar. perpetuo remisit et praefatas possessiones ab omni impetitione earumdem prorsus absolvit. Act. IX. Kal. Maji.
73.	1263. Apr. 24.	*Hartmanns* senior comes *de Kiburc* conscientiae scrupulos examinans super advocatiis quibusdam sibi commissis, advocatias sitas in Oncwanc, Mozinbrunne, Muse, Hungewiler et Zunnichovin, in possessionibus monasterio de Crucelingen pertinentibus, quae ex donationis libertate vocabula usuali *aneel* nominantur, ad manus Riwini abbatis resignavit, litterasque traditionis sigillo E. episcopi et suo communiri curavit. Acta sunt haec in Vrowenvelt a. d. 1263. ind. VI. VIII. Cal. Maji, praesentibus E. episc. Const., domino H. de Clingenberc canonico eiusdem ecclesiae, M. preposito in Itign, C. plebano in Discinhouen, C. cellerario in Crucilingen et notario eiusdem monasterii.
74.	1263. 27. Mai.	*Walvradus* nobilis vir senior comes de *Veringen*, cum Hainricus miles dictus de Capella, qui iure proprietatis eidem comiti pertinebat, possessiones suas in Bizenhoven abbati et conventui de Cruccelingen pro XXI. marcis argenti vendiderat, traditionem hanc ratam habuit. Act. 1263. ind. VI. VI. Cal. Junii. Sigill. Walvradi.
75.	1263. Aug. 16.	*Hartmannus* comes senior *de Kiburch* considerans, contractum venditionis super aduocatias in Sulgen taliter processisse, quod homines monasterii Crucelinensis, qui conditionis hominum de Sulgen fore reperiantur, ubicunque se recipiant, siue in Schlattingen, siue alibi locorum ab advocatis sui ipsius et seruitiis prorsus maneant liberi, super conditione quorundam hominum de Schlattingen discretum capellanum suum rectorem ecclesiae in Diessinhouen elegit, qui examinatis testibus, dictos homines de Schlattingen de conditione hominum de Sulgen peruenisse pronuntiavit. Dat. Morsperg a. d. 1263. XVI. Kal. Sept. Ind. VI.
76.	1264. 27. Januar.	*Albertus* comes *de Rothenburg* quoddam pratum Birbenle situm in Staina, quod quidam de Sülchen et de Chabiagen sibi asseruerunt, quod ad communem pascuam animalium ipsorum pertinerent, abbati et conventui de Cruculingen adiudicavit, Act. Rotenburg. 1264. IV. Cal. Febr. ind. VII.
77.	1264. 27. Jänner.	*Eberhardus* ep. *Constantiensis* secundum ultimam voluntatem Cunradi marschalci sui piae memoriae et cum assensu uxoris eius, quae neptis erat episcopi, filiarumque ipsius ac tutorum earundem, monasterio Crucelingano certos

Digitized by Google

redditus de curte dicti Conradi in Tetigkofen, 30 nimirum solidos annuatim attribuit pro anniversario in salutem animae marschalci celebrando, tali conditione ut heredes si illos redditus redimere vellent, 15. marcas pendere teneantur. Act. apud Crucelingen III. Kal. Febr. ind. VIII.

78. 1264. Apr. 25. *Rivinus* abbas et conventus mon. Crucelini possessiones suas in *Bisenhoven* sitas uti concessit Alberto militi de Curia (sic) et Engillirt uxori, Wernhero filie, Engilae et Irmingardae filiabus eius ad vitae tempus eorum, pro censu annuali 30. solid. denariorum concessit. Act. VII. Kal. Aprilis.

